Bulla reformationis Tribunaliũ Urbis a Julio ij pont. max. Po. Ro. pcurãte edita.

IVLIVS EPISCOPVS SERVVS
SERVORVM DEI AD perpetuã
rei memoriam Decet Romanum Pont.
ex debito ſui paſtoralis officii proſpi-
cere ut ubiqꝫ preſertim in hac Alma
Vrbe ad quam pro iuſtitia totius orbis confluit ne
propter uarios diuerſorum Iudicum & tribunalium
concurſus ac uarias & diuerſas procedẽdi formas pre
ſertim pauperes litigantes in eorũ bono iure ledan-
tur ſed ut cuilibet ius ſuum explicite quantum poſſi
bile ſit reddatᷣ & iuriſdictiones ius reddentiũ ita di/
ſtincte ſint ut nulla cõfuſio & perplexitas oriri poſſit
Sane prout ex multorum querela ac nuper a dilectis
filiis Nobilibus uiris Ludouico de Matheis & Mar
iano de Caſtellanis ac Lutio de Lutis Conſeruatoribꝰ

Romanorum Ciuiũ & Camere prefate Vrbis necnon Ludouico de Cenſis Priore capitũ Regionũ & Paulo đ Planca nr̃i Conſiſtorii & ipoꝝ Conſeruatoꝝ aduocato accepimus adeo a certis temporibus citra diuerſa iudicũ tribunalia in Vrbe inſurrexiſſe adeo etiã ipſi Iudices tam ordinarii quam delegati inter ſe cõcurrere & in procedẽdo uariũ modũ obſeruare ut ſepe litigãtes ipi cõfuſione quadã perterriti cauſas ipas deſerrere cogant aut illas inchoare nõ audeant ſepe etiã adeo celeri Iudicio expediri ut precipitari quodãmodo uideant in magnum ipoꝝ litigantiũ preiudiciũ ac Iuſtitie & officii nr̃i detrimentum. Nos igitur in p̃miſſis prouidere uolẽtes ac cupientes ne litigantes ipſi tã in cõfuſione tribunaliũ hmõi quam etiã in expenſis & eoꝝ bono iure grauentur quodq3 etiã quilibet forũ ſuum intelligat & ſequatur inherentes etiã ueſtigiis felicis recordationis Sixti Pape. iiii. patrui & p̃deceſſoris nr̃i qui ut etiã accepimus quaſda deſuper cõſtituit ordinationes ĩ uolumine ſtatutoꝝ dicte Vrbis deſcriptas Motu proprio non ad ipſorũ Conſeruatorum uel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiam ſed de noſtra mera deliberatione ſtatuimus & ordinamus quod oẽs Incole Rome habitantes dũmodo nõ ſint Campſores & notabiles mercatores. Ro. Cu. ſequeñ Oratores Principũ & aliaꝝ Cõmunitatũ familiares Cardinaliũ cõtinui tamẽ cõmenſales uel officiales Ro. Cu. dũmodo Romani nõ exiſtãt aut Curiales Ro. Cu. ſequẽtes & in illius uſu

exiſtentes qui omnes in eorum foro nec non Ciues oẽs ſeculares cõueniant in curia Capitolii aut corã aliis officialibus ſecularibus Vrbis prout ad eorum officium ſpectat & non aliter Quodque omnes clerici Romani cõueniant corã Vicario nr̃o in ſpiritualibus in Vrbe aut aliis clericis & officialibus eccleſiaſticis Vrbis ad quos ſpectat acquod de oĩbus exceſſibus factis in Vrbe ratione territorii laici puniant per officiales laicos urbis clerici uero Ro. p Vicariũ prefatũ. ¶ Item quod laici q ſequunt curiã tã mares quã femine & nõ alii cõueniant in curia Mareſcalli dũmod non ſint perſone pdicte uidelicet Campſores & Notabiles Mercatores Ro. Cu. ſequentes oratores principũ & cõmunitatũ familiares Cardinalium laici uel officiales Ro. Cu. etiam Curiales q indifferenter conueniantur dũtaxat corã Auditore Camere tanq Iudice exemptorum in Ciuilibus in Criminalibus uero quo ad laicos eandẽ curiã ſequentes inter ipm Auditorem & Mareſcallum & Gubernatorem ſit locus preuentioni dummodo nõ agat de pena capitali uel mutilatione mẽmbri quo caſu Auditor nõ ſe intromittat iuxta alias nr̃as litteras deſup expeditas. Volumus etiã quod ab eodem Mareſcallo appellet ad prefatũ Auditorẽ Camere & quod Iudex deputãdus p ipſum Mareſcallũ nõ poſſit ſtare in officio ultra duos annos & in fine cuiuslibet anni debeat Scindicari per Scindicũ p nos deputandũ & repertus culpabilis puniri in reliquis ſeruẽtur littere noſtre deſuper edite. ¶ Inſuper uo

ſumus & mãdamus quod Vicecamerarius ſiue Gu-
bernator in Vrbe nullũ tribunal cognitionũ cauſarũ
priuatarꝝ teneat neqꝫ pſe neqꝫ p aliũ ſed ad eũ ueni-
entẽ ad ſuũ iudicem remittat & ſit ſup intendens ut
qlibet in premiſſis officiis ſuos terminos obſeruet &
cõtraſacientẽ puniat aut nobis referat & debeat Car
ceres oĩum pmiſſorũ uiſitare una cũ aliis ad id p nos
per alias nr̃as lr̃as deputatis & de officialiũ oĩum ma
xime Notarioꝝ maleficioꝝ tranſgreſſionibus cogno-
ſcere. In concernẽtibus autẽ ſtatũ aut pacẽ & quietẽ
Ciuitatis & Ro. Curie quantũ uideat neceſſe eſſe offi
cialẽ ad quẽ ſpectat iuuare & oĩa pro poſſe ad pacẽ
reducere ¶ Necnõ cauſas querelaꝝ contra Barones
ac capitales uidelicet mortis naturalis & brigaꝝ una
cũ paceriis iuxta formã ſtatutoꝝ Vrbis & treugarũ
ſeu ſecuritatũ aut pacis ruptarum in quibus treugaꝝ
ſecuritatum aut pacis ruptarum etiã per ſeipſum.
Item mercedũ ſalarioꝝ quas cauſas mercedũ ſine tri-
bunali & ſcriptura ſummarie manu regia cognoſcere
poſſit & terminare iuxta formã dictorum ſtatutoꝝ
uel iuris cõmunis ubi ſtatuta deficerẽt & in quibus
oĩbus locus ſit preuẽtioni inter ip̃m & Senatorẽ &
ſi cõcurrat Senator preferatˢ. Notarii uero Guberna-
toris ſoli p ſeipſos & non p ſubſtitutos officiũ exerce-
ant ſine tribunali prout alias Ludouicus Sabinus &
Marius Ceretanus tempore eiuſdẽ Sixti pdeceſſoris
exercere ſolebant qui etiã regiſtra aliqua nõ faciant
ipſeqꝫ Gubernator unũ tantũ Conestabilẽ ſeu Capi

taneũ retineat cum uigintiquinq; ſatellitibus & ſine dicto condeſtabili executiones ipſius Gubernatoris fieri nõ poſſint. ¶ Volumus etiã quod idem Gubernator uigore obligationũ in forma Camere Apl'ice nõ poſſit aliquem excõmunicare nec excõicatũ publicare nec cenſuris eccl'iaſticis in aliquo caſu uti prout antiqui Gubernatores non ſunt uſi & cenſure p eum ſup hoc late ſint ipſo iure nulle. ¶ Similiter uolumus quod Baricellus ſit merus executor & nullũ iudicare ualeat qđq; executiões in capitalibus per eum fiende fiant in Capitolio prout ab antiquo conſuetũ fuit niſi aliter pro temporis & maleficii qualitate & grauitate uiſum fuerit expedire poſſit & repertos in fragrãti crimine punire iuxta formã breuis facultatis ſue.

¶ Item uolumus quod omnes officiciales quicũq; ſint etiã Gubernatoris & Auditoris Camere p̃dictoꝝ & reliqui alii & etiã ipſe Baricellus in fine cuiuſlibet anni ſcindicari debeant p aliquos p nos deputãdos iuxta formã earũdem lr̃aꝝ nr̃aꝝ ipſeq; Gubernator teneat pro ſe & eius officialibus & in principio eius officii debeat ſup hoc cauere. Similiter Auditor camere p̃fatis ĩ fine cuiuſlibet anni teneat reddere rationẽ corã eiſdẽ deputandis de geſtis p ſe & eius locũ tenentem. ¶ Volumus etiã ut litibus finis citius imponat quod tam a Iudicibus Capitolinis quam etiam quibuſcunq; aliis in cauſis que alias eſſent de foro Capitolino appelletur ad Capitaneũ Vrbis uel aliũ p nos deputandũ dũmodo quo ad cauſas dicti

fori in Capitolio tribunal teneat quod etiã in cauſis
in curia Gubernatoris eiuſdem pendentibus & que
pendere cõtigerit habere locũ decernimus a quo Iu-
dice appellationis appellari non poſſit niſi prout &
quantũ ſtatuta hmõi in cauſis Curie Capitolii pmit-
tunt. ¶ Poſtremo mandamus in oĩbus Curiis ordinariis
Vrbis & in oĩbus ſolutionibus Notarioꝝ executorum
etiã pro executionibus fiendis p ipſum Baricellũ ac
pro mercedibus quorũcunqꝫ alioꝝ officialium ſeruari
tabulam Marmoream in Capitolio affixam & ubi in
aliquibus caſibus illa deficeret mandamus ſeruari
ſtatuta Vrbis. ¶ Volumus etiã quod pro quibuſuis
ſigillationibus preſertim mandatis de relaxando in
carceratos & aliis quibuſuis apodiſſis nil ſoluatur
niſi prout in dicta tabula continetur ſeu in dicta Cu-
ria Capitolii ſeruari conſueuit: Ita tamen quod pro re-
laxatione Innocentum nil penitus ſoluatur p ipſum
captiuũ ſed p eum ad cuius inſtantiã forſan captus
fuit maxime in capturis pro ſuſpecto & fugitiuo quo
caſu nouas reformationes dicte Vrbis ſeruari uolu-
mus decernẽtes in Vrbe prefata nulla alia ordinarioꝝ
Iudicũ tribunalia teneri poſſe nec iuriſdictiones cau-
ſarũ exerceri niſi in locis predictis Quodqꝫ ſententie
tam diffinitiue quã ĩter locutorie nec nõ decreta exe-
cutiones mandata proceſſus cenſure & quicquid ſecus
contra premiſſa fieret nullius fore roboris uel momẽ-
ti preſentibuſqꝫ derogari nõ poſſe nec derogatum cen-
ſeri etiã per nos aut ſucceſſores noſtros niſi de nomi

nibus & cognominibus litigantiũ Iudicum & intereſſe habentium ac ipſa℞ preſentium de uerbo ad uerbũ totalis & ſpecialis mentio fiat· mandantes Guberna tori Senatori Auditori Camere Mareſcallo Baricello eorumq; Iudicibus & Executoribus prefatis nec non quibuſuis aliis perſonis ſub excomunicationis late ſententie ac centũ ducato℞ penis totiens quotiens con tra premiſſa ſeu aliquod premiſſo℞ fecerint incur rendis & in eorum Scindicatibus exigendis ne con tra ordinationes ſtatuta & uoluntaté noſtram hmõi uenire aut aliquid attéptare audeãt: Non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus apl'cis ac qbus uis priuilegiis etiã fori ac exemptionibus indultis & fa cultatibus quibusuis perſonis etiã Vicecamerario ſeu Gubernatori prefatis aut Collegiis uel Confrater nitatibus etiã quauis cauſa & Motu proprio & ex cer ta ſcientia ac cũ quibusuis clauſulis etiam derogato riarũ dorogatoriis fortiſſimis etiã quibus derogari nõ poſſet niſi ſub certis modo & forma p nos & ſedem aplicam conceſſis & concedendis ceterisq; contrariis qbuſcunq; Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nři ſtatuti ordinationis uoluntatis decreti & mandati infringere uel ei auſu temerario contraire Siquis aũt hoc atemptare preſumſerit indignationẽ omnipotentis dei ac beato℞ Petri & Pauli Aplo℞ eius ſe nouerit incurſurum.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Milleſimo quingenteſimo duodecimo Quinto Kl. Aprilis Pontificatus nri Anno Nono.

.V. Copis.

Ego .R. Eps Oſtien Car. .S. Georgi ſubſc.
Ego .A. Car. Tituli. S. Vitalis ſubſc.
Ego Pe. Car. Tituli. S. Euſebii ſubſc.
Gratis de mandato .S. D. N. Pape pro populo Romano

C. Barotius
R. Cabredo
B. Palinus

CVM PRIVILEGIO.